

18 CLAVIUS (Christophorus) FABRICA ET USUS INSTRUMENTI ad
HOROLOGIORUM descriptionem peropportuni. Accessit ratio describen-
darum horarum a meridie et media nocte exquisitissima, et NUNQUAM
ANTEHAEC IN LUCEM EDITA. Sm. 4to, 2 ll., 31 pp., diagrams, contemporary
vellum.

Title: *Bartholomeus Grassius: Rome 1586*
At end: *Jacobs Rufinellus: Rome N.D.*

SYRACUSE
UNIVERSITY
LIBRARY




Accts. 1960
Book 900


FABRICA
ET VSVS
INSTRUMENTI
AD HOROLOGIORVM
DESCRIPTIONEM
PER OPPORTVN.

ACCESSIT RATIO DESCRIBENDARVM
horarum a meridie & media nocte exquisitissima,
& nunquam ante hac in lucem edita.

AVCTORE
CHRISTOPHORO CLAVIO
BAMBERGENSI SOCIETATIS IESV.



ROMAE, *Apud Bartholomeum Graffium. 1586.*
PERMISSVS SUPERIORVM.



TS
165
ILLVSTRISS. PRINCIPI,

AC DOMINO D. ANDREÆ BATHOREO

S. R. E. CARDINALI.

CHRISTOPHORVS CLAVIVS
E SOCIETATE IESV. S. P.



MMENSVM quiddam est, ac prope infinitum, CARDINALIS AMPLISSIME, quod ordinis nostri homines cum STEPHANO BATHOREO Serenissimo Polonorū Regi patruo tuo, tum etiā tibi se debere profitentur. Tanta est enim vestra erga Societatem nostram vel liberalitas, vel voluntas, vt quoniam vobis habere tantam, quantā debemus, gratiā non possumus, illud habeamus fixum in animo, nullum esse honorē, qui à nobis tribui vobis non debitus possit. Idq; studet vnuſquisq; nostrum tum oratione affiduē prēdicare, tum etiam, si qua se offerat occasio, omni ratione præ se ferre. Ex quo fit, vt cum sint vestra erga nos beneficia gratissima omnium memoria inclusa, aliquorū interdum sint cōmendatione testata: qui tamen, et si faciunt plus pēnē, quām possunt, minus certē se facere intelligunt, quām debent. Taceo nunc de alijs, mihi quidem, quem ab ineunte etate Mathematicę disciplinę, iniecta quasi manu, proprium vindicarunt sibi, dum, quam nactus sum, ut aīne, Spartam pro virili parte oīno, atq; illustro, nihil fuit antiquius, quām

† vt

ut priuatim dicarem alterutri aliquid, quod patrefa-
ceret, quam utrique debemus vniuersi. Itaq; cum
superioribus annis obtulisseim Regi inuestigatio
patruo tuo Gnomonicen mea, consonum fore exi-
stimaui, ut libellum hunc, quod esset magni illius
voluminis quasi epitome, ne minni dedicarem alij,
nisi tibi. Sperabam videlicet fore, ut qua es illi vel
cognitione, vel morum suavitate, atq; elegatia, vel
erga nos voluntate proximus, esset tibi hoc inven-
sculum futurū non ingratum, cum illud patruo tuo
acceperim fuisse gratissimum. Est sanè libellus mole
exiguus, sed qui capita Gnomonices præcipua con-
tineat, atq; adeo nouam, & nunquam antea editam
horologiorum solariorum descriptionem; alia præte-
rea, quæ ad perfecṭa rerum dimetendarium per sca-
lam altimetra (ut vocant) rationem, astrorumque altitu-
dines deprehendendas maxime pertinent; ut faci-
le paginarum paucitas rerum præstantia præponde-
retur. Accipe igitur, ANDREA CARDINALIS, qua
es animi magnitudine, paruum hoc à me donum,
& exile, sed aliquod tamen specimen nostrum om-
nium erga amplitudinem tuam obseruantia: atque
egregiam istam viam, quam iamdiu ingressus es,
Christianæ laudis, & gloriae, pleno, quod facis, gra-
du insiste, ut & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ utilitati,
& Serenissimo Regi patruo tuo, amplissimoq; eius
regno dignitati, & nobis, atque adeo omnibus, qui
illustres virtutes tuas admiramus, voluptati esse
possis. Vale. Romæ vij. Kal. Septemb.
M D LXXXVI.

INDEX CAPITVM.

- I. CONST RVCTIO Instrumenti ad horologiorum
descriptionem aptissimi. pag. 5
- II. CVSS praecedentis instrumenti in horologis in
quolibet piano describendis. 9
- III. CONST RVCTIO Fundamenti horologiorum, id
est, Figura Generalis pro horis à mer. & med. noct. in quocun-
que piano, & ad quoniam altitudinem poli deliquandis commo-
dissime. 14
- IV. HOROLOGIA Horizontalia, atque Verticalia
horarum à mer. & med. noct. 19
- V. HOROLOGIA à Verticali declinantia. 27
- VI. HOROLOGIA ab Horizonte declinantia. 34
- VII. HOROLOGIA ad Horizontem inclinata. 36
- VIII. HOROLOGIA à Verticali declinantia, & si-
mul ad Horizontem inclinata. 36
- IX. HOROLOGIA Meridiana, Polaria, & Aquino-
ctalia. 41
- X. ARCVS signorum Zodiaci in horologio Horizontali,
ac Verticale. 43
- XI. ARCVS signorum Zodiaci in horologio à Vertica-
li declinante. 47
- XII. ARCVS longitudinum dierum in horologio quo-
libet. 56
- XIII. HORAE ab ortu & occasu in horologio Hori-
zontali, & declinante à verticale. 57
- XIV. HORLOGIORVM descriptio in quilibet
superficie per umbram sibi horologij alicuius Horizontalis, aut
alterius cuiuspiam. 67
- XV. CONST RVCTIO horologiorum ad Horizontem
rectorum ex HoriZontali horologio. 68
- XVI. HORARYM à mer. & med. noct. in quolibet pla-
no, quod vel ab Horizonte aquæ distet, vel ad eundem rectum
sit, per regulam planam in quasdam partes distributam, sanguine
per instrumentum, descriptio longe facilissima. 75
- XVII. 75

INDEX CAPITVM.

| | |
|---|-----|
| <i>XVII. HOROLOGII cuiusvis ad maiorem, minoremve formam reductio.</i> | 86 |
| <i>XVIII. MERIDIANAE linea inuentio.</i> | 88 |
| <i>XIX. ALIA inuentio linea meridiane per tres Solis obscuraciones sine cognitione altitudinis poli, & declinationis, locique Solis in Zodiaco: una cum inuentione altitudinis poli, declinationis, locique Solis in Ecliptica, & amplitudine ortua, occiduaque.</i> | 91 |
| <i>XX. INVENTIO declinationis muri cuiuslibet à Ver- ticali circulo primario.</i> | 98 |
| <i>XXI. QVOD in omni loco terra inter Aequatorem, & tropicum \odot, vel $\textcircled{\text{D}}$, posito umbra Gnomonum, turrium, atque arborum in planis Horizonti aequidistantibus bis in die natu- raliter retrocedant, cum Sol vertice loci borealior est.</i> | 105 |
| <i>XXII. QVAT ratione in Quadrante deprehendi possint Minuta, Secunda, & alia fragmenta, etiam si gradus in ea dis- tributi non sint: Quo item modo fragmenta partium scale alti- metra exquisitè cognoscantur, licet nulle subdivisiones in scala fa- cta sint: Qua denique industria quadratum construatur ad usum tam Quadrantis, quam scalæ altimetra exquisitissimum. pag.</i> | 112 |

F I N I S.

P R A E F A T I O .



UPERIORIBVS annis Gnomonicam edidimus innumeris pene demonstrationibus Geometricis instructissimam, in qua non solum horas omnis generis, verum etiam pleraque alia describere in quolibet plano docimus, que ex gnomonis umbra cognosci possunt, cuiusmodi sunt signa Zodiaci, dierum longitudines, Verticales circuli, paralleli Horizontis, Meridiani sive circuli longitudinum, cimitatum parallelis, signa ascendentia, &c. adiecimusque ad ealcem lib. 7. constructionem, atque viuum instrumenti eiusdem, quo sineulla ferre molestia (modo instrumentum adit rite constructum) in plano quolibet, & ad quamvis altitudinem poli horologia possint describi. Sed quoniam, licet labore illum nostrum studiosis rerum Mathematicarum non ingratum fuisse perfexerimus, liber tamen propter multitudinem rerum, quas continet, propè in immensum exireuit, ut propterea aliquibus minus commodus videri posset, viuum est illud idem instrumentum in meliorem iam formam redactum seorsum proprio libello explicare: una cum nova quadam, eaq; facilissima, & ante hac nunquam edita, ratione depingendarum horarum à meridie, & media nocte in quouis plano, quod vel aquedictis ab Horizonte, vel eidem ad rectos angulos insistat, vel deniq; neq; cum eo rectos angulos conficiat, neq; ab eo aquedictet. Invenitor primus huius rationis, que praeclarissima est, Hispanus quidam dicitur, nomine Ioānes Ferrerius, homo in primis acutus, & in rebus inueniendis admodum sagax: que quidem ratio non multum differre videtur ab ea, quam nos in Gnomonica beneficio cylindri per mundanum axem extensi tradidimus, cum tota pendas ex parallelepipedo quodam per eundem axem traecto, cuius bases opposites sint quadratae, & in basibus nostri cylindri descriptae. Hanc ego rationem cum diligentius examinassem, (Neque enim perfectam eius rei translationem videre potui, sed quedam solum fragmenta ad horas in horologis Horizontalibus, Verticalibusque describendas pertinētia ab amicissimo mibi nostri ordinis homine ex Hispania ad me transmissa fuere.) repressemque totius descriptionis demonstrationem Geometricam, mirifice ea sumi deliciatus: quippe cum eam ad omnia plana quadrare deprehenderim. Hoc autem loco descriptionem horarum duxi taxat Astronomiarum, que nimirum à meridie, ac media nocte numerantur, in gratiam studiosorum secundum illam rationē expomemus, adhibitis ubique Geometricis demonstrationibus à me inuentis, ut quilibet intelligat, recte hoc mo-

P R A E F A T I O.

do horas delineari: quod non in inicundam fore speramus uts, qui rebus Mathematicis, Gnomonicis praeferimus, delectantur. Habet enim ratio hec id comodi, quod per ea nonnes horae horarumq; partes delineari possint exquisitissim: quippe in qua singulae horae terna puncta habeant, per que ducantur, quemadmodum & in Ellipsi, que ex nostro illo cylindro ortum habet, terna horis singulis puncta respondent. Quo vero pacto alia, de quibus in nostra Gnomonica eximus, per hanc viam in horologis describi possint, alio tempore commodiore explicabimus. Nunc ut libellus hic in lucem prodeat magis absolutus, adiciemus ex Gnomonica nostra ratione illam describendi horas ab ortu & occasu, que ex arcibus diurnis, nocturnisq; deponuntur. Alia vis, si quis hac contentus non fuerit, ex Gnomonica, ubi omnia satis copiose sunt exposta ac demonstrata, petende erunt. Hanc autem rationem in hisce tradendis sequemur. Horologia Horizontalia, Verticalia, & Declinaria à Verticali tota, & integra conficiemus, repetitis quibusdam ex Gnomonica nostra ad hanc rem necessarijs. Cum enim horologia ita cōmūniter describi soleant, committere nolumus, ut in hoc libello aliquid ad eorum descriptionē desiderarerur: propter quam etiam causam & in Horizontali horologio, & in Declinante à Verticali arcus signorum, diurnorumque una cum horis ab ortu & occasu depingemus. In alijs vero horologis, quoniam non tam frequentem ipsum habent, solum loco ea trademus, que ex noua hac ratione pendunt, reliqua autem ex Gnomonica excerpta prorsus omittemus. Alio fortassis tempore, cum per otium licabit, compendium plius hac de redemus. Postremo repetemus quoque ex ultimo cap.lib.7. Gnomonicas rationem illam facilem, & iucundam, que per umbram stylis aliquius horologii rite constructi in quouis plano ad datam stylis magnitudinem horologia depingantur. Sed iam ad rem ipsam aggrediamur.



CON.

CONSTRVCTIO
INSTRUMENTI
AD HOR OLOGIORVM
DESCRIPTIONEM APTISSIMI.

C A P V T . I.

DA RENT VR ex cupro, vel orichalco, aut ex alia quavis matena dura, duo semicirculi plani tribus cochleolis oblongis mediocri inter se distantiata aptati, & connecti, posito uno sub altero, ut inferior manebat immobile, superne beneficiio cochlearium modo hac ex parte, modo ex illa atollo posset, ac deprimi, prout res exiget. Quales in hic apposito instrumento sunt semicirculi ABCD, EF; ille superior, & inferior hic, aliquantum minor, & ut levior sit, magna ex parte excavatus. Prima cochleola responderet punctis E, & A: alia sub puncto D, existit: & tercia sub puncto C, & prope F, sedem habet. Superior semicirculus Horizonte instrumenti vocetur, propterea quod in vlt semper ab Horizonte debet quadruplicari. Prope medium semicirculi inferiores infigatur cylindrus quadam oblongus, seu clavis tere, ac rotundus, rectos facies angulos cum dicto semicirculo. Per hunc etenim sustendunt enim totum instrumentum in foramine quadam, ut infra dicemus, ita ut superior semicirculus ABCD, beneficio dictum triam cochlearium modo hoc, modo illuc eleuantur deprehensive tandem ab Horizonte quadruplicare compeneretur. Quod si quis alio modo fistere malit semicirculum ABCD, Horizonte quadruplicauerit, non opus erit inferior illo semicirculo cum tribus cochleolis, sed satis erit, si dictus clavis, sive cylindrus semicirculo ABCD, insfigatur &c.

DE INDE in G, punto medio diametri AD, semicircali superioris figuratur columella quadam GH, firma, atque forta, rectos angulos cum semicirculo constitutus, ut circa ipsam quadrans levius I L K, notam possit circumnotari, ita ut eius semidiameter IK, dicta columella semper quadruplicetur. Poli huius moris sunt fotamina I, K, equaliter remota a columella GH, illud quidem in frusto HI, quod prominens columella affixu sit, hoc vero in Horizonte ABCD. Quadrans hic in 90 gradus distributus, quorum initium stamnatur in puncto L, prope Horizontem, resert Quadrantem illum Meridiani circula, in quo polus mundi conspicuus evinetur: propterea quod in vlt versus polum conspicuum semper ita debet dirigi, ut in plano Meridianum iaceat. Excavatum in ambo die, non nimis ponderosus sit.

EX centro quoque M, Quadrantis prodeat axis mundi MN, circa centrum M, volubilis, habens in centro cochleam M, qua stirratur, & perire lineam fiduciam centro accurate respondentem, sicut in alijs instrumentis Mathematicorum fieri solet, regredius altitudinis poli indicare possit. In eodem aere adit quoque, cochleola N, prope circumferentiam, ut firmari possit ad propositam poli altitudinem. Quod rum demum sit, si ex altera parte quadrantis reflectetur, frustum quoddam versus centrum, circumferentiam tamem non transcedens, quod

Horizon
infrapar-
ti qui.

Meridia-
nas infra-
metri qui.

Axis mi-
di in in-
strumento
qui.

6 HOROLOGIORVM


quod, moto axe, quadranti semper adhaerent: in quo quidem frusto commodier fortasse locus est cochleola N, quam in ipso axe.


F I A T etiam circulus O P Q, cuiuscumq; magnitudinis, qui in 360 gradus distribuatur, & in 24 horas aequalis, & horæ singulae in horarum quadrantibus. Perforato deinde centro, & magna ex parte excavato circulo, ut minus fiat ponderosus, imponatur axi proxime supra circumferentiam quadrantis, ita ut hora xij. vtracq; (Dividimus enim dictum circulum in bis duodecas horas, more Germanorum, Gallorum, atq; Hispanorum) ad perpendiculum respondeat circumferentia quadrantis, adeo ut planum quadrantis productum per vitramq; horam xij. transeat. Quo sic positio, simetur ad rectos cum axe angulos clavicularis, cochleolise, vt futurum mutare non possit. Inferior hora xij. spectat ad mediodiem, & proxima veritas finistram (ad nos conuerso instrumento) ad i. post meridiem, &c. Circulus hic dicitur Aequator, quod axe positio in propria altitudine poli, in Aequatoris plano iaceat.

*Equator
instrumenti
signi*

P R A E T E R E A construatur planum rectanguli altera parte longius R S, tanta latitudinis, ut duala recta RS, vtracq; lateri longiori parallela per punctum T, quod centrum sui circuli rectangulo circumscripta, qua quidem recta RS, radius Aequatoris referat, alijs radij signorum Zodiaci ad vitramq; partem rectam R S, ex eodem puncto T, possint educi. Quo autem pacto hi radij describantur, decibimus cap. ro. at quibus signis fuguli radij tribuendi sint, exponemus capite sequenti, vbi ipsum instrumentum aperiemus. Longitudo eiusdem plani rectanguli paulo maior sit diametro Aequatoris O P Q; & punctum T, subtiliter perficeretur, ut filium tenue commode per illud possum transire. Hoc planum rectangulum, quod appelletur Colurus solitiorum, sive circulus horarius mobilis, cum munere fungatur omnium circulorum horariorum per polos mundi trascendentium, ut ex vnu instrumento patet, statutus rectum ad Aequatorem O P Q, in axe, rumin, sive beneficio cylindri euissimam excavati, per cuius axem, qui centro M, quadrantis Meridiani I K L, & vnguen respondeat, rectangulum ipsum ductum intellegatur, adeo ut recta S T, rectam R S, ad rectos angulos fecans, per medium cylindrum eiusdem pertineat exactè ad centrum M, quadratus Meridiani; hoc est, recta S T M, referat praecise axe mundi. Ipsum autem planum rectangulum R S, circa axem mundanum, qui hunc in finem in extremitate supra Aequatorem teres esse debet ac rotundus pro magis quidem cylindri conceavi eidem piano rectangulo ab xii, circumductum rectos semiperangulos cum Aequatore faciat, eiusq; facies, in qua radij signorum Zodiaci descripti sunt, instar diametri Aequatoris per duas semper horas oppositas transeat, ita ut radius V, & A, nempe recta R S, perpetuo eisdem Aequatori aquidest. Idem hoc planum rectangulum iuxta circumferentiam Aequatoris annexa habeat frusta quadam ad partes inferiores reflexa cum cochleolis iuxta s, & ut dictus Colurus solitiorum in eum cunq; hora posset subi, ac firmari; ac tandem partes eius circa radios signorum, tanquam superiacenze, excindantur, ut levius redolatur instrumentum.

P O S T hac ex ligno duro fiant due columnæ quadratae, instar parallelogramorum aequalis erasitici, ad angulum rectum, inter se coniunctæ, quarum V, brevior sit, & i Y, longior. In biconi V, sit foramen rotundum prope V, in quo rotundum instrumentum hactenus constructum imponi possit per illum clavum rotundum, cylindrumque, quem in semicirculo inferiore in principio constructo figura lumen esse diximus. In latere quoque eiusdem columnæ V, è regione foraminis apponatur cochleola X, qua clavis, sive cylindrus dictus, atq; adeo rotum instrumentum possit firmari. Distancia porro foraminis V, ab angulo recto V, debet esse aliquanto major semidiametro semicirculi superioris ABCD, numerum tantum, ut instrumentum in eo foramine libere possit circumueri.





D E S C R I P T I O.

terti. In extremitate deinde longioris columnæ Y, annexatur cochleis, sive clavis annulus quadratus Y, ex orichalco, aut ferro fabricatus, habens in summitate aliam cochleam *, qua instrumentum foraminu V, impositum, firmatumque, & per aliam columnam quadratam ♀ Z, longitudinis quinq; aut sex palmorum muro cibiber affixam vtrō citroq; beneficio illius annuli quadrati delatum siti possit, atq; firmari.


P O S T R E M O in extremitate semidiometri inferioris k L*, quadrantis Meridiani apponatur pyxis μ, cum acu Magne illita, ut eius beneficio Quadrans Meridiani, firmato prius instrumento in foramine V, in proprio sūi collocetur, nempe in plano Mendiani circuiti. Quæ pyxis affixæ tam potest, si id magis è re esse iudicetur, vni latere Quadratus, vt factum esse vides in pyxide ♀, in instrumento. Ac tandem iuxta semidiometrum quadratus l K, ex puncto a, penderat filum a b, cum perpendiculari, quod libere in foramine b, exciso possit moueri, ducta prius recta linea a b, qua quadrantis semidiometro, sive columella G H, exquiditer, ut beneficio huius perpendiculari Horizonti celesti Horizoni instrumenti A B C D, aequidistant posse constitui. Quod hoc modo sit. Attollatur, deprimaturè beneficio trium coeholearum Horizoni instrumenti modo ex hac, modo ex illa parte, donec filum perpendiculari libere pendens re^{Quo pa-}
^{do Horiz-}
Acta a b, ad amissim congruat, larusq; quadratus radat. Hac enim ratione Ho^{roni instru-}
riton instrumenti A B C D, ab Horizonte celesti omni ex parte aequidistant. meni Ho^{riton instru-}
riton instrumenti A B C D, ab Horizonte celesti omni ex parte aequidistant. Hac enus de constructione instrumenti. Nunc ad eundem usum veniamus, ex racione co^{riton instru-}
quo planora sicut, quæ de fabrica huius instrumenti precepimus: Et non du^{riton instru-}
bito, quin, vsu recte intellecto, quinis proprio Marte aliquas partes instrumenti inveniatur, ex quo modo disponere, & fortassis in meliore formam redigere posse.

V S V S P R A E C E D E N T I S I N S T R U M E N T I in horologis in qualibet plano describendi.

C A P V T . II.

N M V R O, planouè, in quo horologium describendum est, sive recto ad Horizontem, sive non, paulo supra locum horologij inhi-
gatur columna lignea illa longa ♀ Z, superioris instrumenti, ut mitum in
quoad sensus iudicium ab Horizonte aequidistanter, atq; ita firmetur, descrip-
tivæ a loco dimicent non possit. Huc columnæ imponatur per annulum quadra-
trum Y, torum instrumenti, ita ut punctum T, tantum à muro absit, plus mi-
nus, quantum estis sibi longitudinem. Firmatoq; runc annulo, beneficio co-
chleari, & instrumento, beneficio cochleari X, statuatur linea h[ab]ile et axis in gra-
du alterius poli eius loci, in qua horologium construitur, firmetur, co-
chleari N, ut ab eo gradu auctelli non possit. Ac tandem Horizoni instrumenti
A B C D, beneficio coeholearum, & perpendiculari a b, Horizoni celesti, equi-
distans constitutus, ut ad calcem superioris cap. traditum est: quadrans Me-
ridiani hinc inde moueat, donec in plano Mendiani circuiti situs sit, axisque
M *, postum mons conspicuum respiciat; quod tum demò sit, cum acus Ma-
gnete illata linea meridiana in fundo pyxidis directè supraposita fuerit; vel cer-
te () od ego magis probo, propterea quod huiusmodi acus sit, nunc in rectâ
acta, blum vergat, sed alibi plus, alibi minus à vera linea meridiana deflebat, ut
non admodum illis fidendum esse indicem. Romæ deprehendi non semel caspi
dem huius acus defletere à meridiana linea ortu versus gradibus ferme 6.)
cum quadrans Meridiani linea meridiana in Horizonte instrumenti inuenientur,
vñ in lecho propof. 23. lib. 1. Gnomonices documentis, aequidistantie.

CON-



DESCRIPTIO

1


CONSTITUTO instrumento in tali situ, iacebit **Aequatoris instrumentum** **O P Q**, in piano celestis **Aequatoris**, & **Colorus solstitiorum**, horariis & mobilis **R S**, ad singulas horas delatas singulorum circulorum horariorum per mundi polos transversum situm obtinetur, ad denique radij signorum **Zodiaci** diametrus **Ecliptice**, quatenus communes sectiones sunt ipsius ac Meridiani, positis sub Meridiano initiis signorum, ad vnguen respondebunt. **Quar** planū quadrantis **Meridiani**, si tunc concipiatur exteudi ad murum vñque, efficiet in muro lineam meridianam, hoc est, **commissum sectionem Meridiani** cum mu-
ro. **Sic** etiam placum **Colori solstitiorum**, horariis mobilis in quaconque ho-
rario positus, si intelligatur exterrere vñque ad murum, faciet in muro lineam ho-
rariam illius horæ, id est, **communam circuli illius horæ** cum muro sectionem.
Radij denique signorum, si ad murum vñque extendantur, indicabunt in muro
puncta, in qua vñbra gnomonis, seu stylis, de cuius collatione paulo post age-
mus, projectur. Scilicet in eo circulo horario, & initiis signorum existente. Denique
hac ratione horologium totum construunt, si horatius mobilis ad singu-
las horas intelligatur esse traductus, &c. Sed quia plana hæc extendi non pos-
sunt, invenientur eorum communes cum quod sectiones, & puncta, per quæ
arcus signorum **Zodiaci** sunt ducenti, beneficio sibi hæc ratione. Ante omnia po-
natur horatius mobilis ad horam xii. **Aequatoris**, in eq. situm firmetur: atque ex
puncto T, fulm pertinente emittatur ad murum vñque, radens tamen placum ip-
sas horarij libetate: ut vi planum extensus ab eo filo nō recedat, sed ei perpetuo
incubat. Nam si fili illud singulis radijs applicetur, poterit q. punctata mu-
ro, ducenta est linea meridiania per ea puncta indicata: horam xii. a mer. vel
med.noc. Supremum autem punctum signo **X**, respondebit; sequens signis **V**,
& **F**; subsequeens signis **X**, & **M**, proximum huic signis **V**, & **F**; & aliud se-
quens signis **G**, & **H**; & insequens signis **I**, & **J**; & insimum signo **B**. Mo-
to deinde horatius mobilis, & ad horam i. quæ horæ xiiij. in insima parte **Aequatoris**
ad sinistram succedit, ut prius ortum, traducto, atque firmato, reperiemus
eodem filo planum horarij libetate radente, singulis radijs incumbente puncta
corundem signorum in muro, per quæ linea hora i. a mer. ducedatur est. Eademq;
ratio est de omnibus aliis horis, quæ in muro cadere possunt, hoc est, quarum
puncta filo illo planum horarij radente in muro possunt notari. Quod si puncta
signorum respondentia apte coniungantur lineis inflexis, descripsi quoque erunt
eius signorum, quos vñbra extrellum percurret, sole in signorum principijs
existente: omniaq; tamen puncta **V**, & **F**, si in opere errant, non fuerint, in li-
neam rectam cadant, neccesse est, nempe in communem. **Aequatoris** cum plane
horologium sectionem, vt in **Gnomonica demonstrauimus**. Ceterum puncta co-
rundem arcuum signorum reperiemus etiam, arque adeo arcus ipsos delinca-
bimus, nulla habita horatiorum ratione. Nam si horatiorum mobilem circumducatur
aut varia loca **Aequatoris** parum inter se distanta, & in singulis positioni-
bus filio puncta in muro pro singulis signis notemus, invenientur erunt puncta om-
niū signorum, etiam si nullius horæ habita rauo fuerit. Et quod frequenter
fuerint intercalata in **Aequatore**, in quibus horatiorum mobilis situtus, et frequen-
tiora puncta in muro reperientur pro singulis signis, & minus inter se distanta,
et prouide arcus ipsi signorum magis exquisite ducentur.

HORIZONTALIS linea ita ducetur. Extendatur filum quod ad murum, cleucretur & demittatur, donec Horizontis fit parallela: quod efficiet se in libellam, & perpendiculari, itaque regula ipsi filo applicata. Filo enim huius instrumenti filum, si in muro punctum signetur, exire cedit per illud panduum duum. Horizon tunc quadrilaterus, linea horizontalis, que in muris ad Horizontem recte ad meridianam lineam perpendiculariter est. Quam certius hoc mundo ducatur.

Horseshoe
salis lo-
rea.

*Defensio
per herem
rū à mor.
Op. med.
mor.
Linea mo
vidēma*

*Linen mo
ridera.*



DESCRIPPIO.

19

cemus. Posito horario mobili supra horam, qua Sol in principio A . existens oritur, aut occidit, applicetur filum radio A . nocturque punctum in muto. Per hoc enim ducta recta Horizonti parallela dabit lineam horizontalē. Horam porrò illam ortus vel occasus habebis, si arcum semidiurnum A . (In sphera descripsimus arcus semidiurnos ad varias poli elevations.) à xii. hora inferiore Äquatoris in utramque partem numeres. Numeratio enim in parte occidentali finita dabit horam ortus, & in orientali horam occasus. Si ergo filo virga; hora in muro notari potest, habebis duo puncta, per quae horizontalis linea descendat est; si alterutra tantum, vnicum. Ducta autem linea horizontali, delcatur omnia linea menta supra ipsam existentia, tanquam in euacanea, cum in eam partem horologij umbra gnomonis cadere, ob terram interposam, unquam possit.

S T Y L V M autem, sive gnomonem horarum indicem hac ratione locabimus. Ex puncto T , horarij mobilis notentur filo tria puncta in muro, eadem semper fili longitudine retenta. Nam si horum trium punctorum centrum reperiatur ex doctrina scholij propof., lib. 4. Eucl. eti stylos in eo centro figendus ad rectos angulos, cuius longitudoem dabit filum inter ilud centrum, & punctum T , quod centrum mundi refert, interceptum. Vel hoc modo agemus. Ex loco sublimi demittatur perpendicularis deflexas in punctum libere pendens, donec punctum eius extreum attingat punctum T . Nam amoro tunc instrumento, si stylus cuiuscunque magnitudinis figuratur in quocunque loco mani, ita ut eius extreum extremo puncto dicti perpendiculari congruat, indicabit umbra extrema huius stylis horas æque bene, licet ad murum rectus non sit.

I A M. vero, vt horæ ab ortu, & occasu delineantur, notaude erunt prius atramento, vel alia quapiam re, hora ipsa in Äquatore, hac ratione. Ab inferiori hora xij. Äquatoris in utramq; partem numeretur arcus semidiurnus A . ex nostra sphera, vel aliunde excerptus. Finis enim numerotius versus occatum, sive ad dexteram dabit horam 1.4. ab ortu Solis, ad sinistram vero, sive versus ortum, eadem numeratio horam 2.4. ab occasu Solis exhibebit. Quod si a priori puncto, quod ortu Solis tribuumus, transferas in Äquatoris circumferram spatia horaria beneficio circini in eodem Äquatore accepta versus xij. horam inferiorem progrediendo, usque ad horam occasus, habebis horas 1.2. 3.4.5. &c. ab ortu Solis. Si vero eadem horaria spatia à posteriori puncto, quod occasui Solis adcripsimus, transferas versus eandem horam xij. inferiorem, usque ad horam ortus, habebis horas 23.22.21.20.19. &c. ab occasu Solis. Quas etiam horas sive circino norabis, si a dictis punctis ortus & occasus numeres gradus 15. pro singulis horis versus inferiorem horam xij. Notatis autem hac ratione horis ab ort. & occas. in Äquatore, si ad singulas horarum mobile traducamus, reperiemus beneficio fili in muro puncta eandem horarum pro tropico A . & per quæ tropicus A . ducendus est. Non secus earundem horarum puncta pro alijs parallelis in muro inuenies, si prius eorum horas in Äquatore designaueris beneficio arcum semidiurnorum, vt de tropico A , diximus. Sicut autem erit puncta horarum V , & D . necnon tropicorum P , & S . inquirere. Nam rectæ connexentes respondentia terrena puncta cuiuslibet hora in A , V , & D . erunt lineæ horarum ab ortu, & occasu. Quando autem in tropico A . aliquarum horarum puncta non habentur, connexenda erunt biha puncta respondentia in parallelo A , & V , sive D . Quod nonnullarum horarum puncta neque in parallelo V , sive D , adhinc inuestigada erunt puncta eorum in parallelo P , vel S . Linea hora 2.4. dabit hie lineam horizontalē. Arcus vero omnium signorum, si id desideres, describentur hie, vt in horologio horarum à me die, & media nocte diximus.

Stylus
quo posso
locandus.

Descri-
picio horar-
um ab or-
tu & occa-
sione.

HORA

Descrip- HORAE denique inæquales eadem ratione describentur, si eas in *Æquatore*
peis hora- prius nota aliqua impremis. Quod quidem præstabis, si utrumque arcum se-
rum in- midurnum cuiusque paralleli (fatu autem est, si accipiatur tres paralleli Δ .
qualium. ∇ , vel Δ , & \square , nisi quando punctum aliquius hora ∇ , vel Δ , in murum non
cadit. Tunc enim illa hora in parallelo Δ , vel \square , accipienda est.) in sevas par-
tes æquales distribuitur.


Construc- NON alter Horizontale horologiū eodem instrumento delineari poterit,
tio Hor- si illud magnum futurum sit. Nam parua per instrumentū describi non poterit;
entalis cum instrumento (ita ut eius Horizon A B C D, Horizonti cœlesti sic æquidi-
horologi magniper stans) firmato, stylis tanta magnitudinis esse debet, quanta est distantia pun-
magniper idem in et T, in quo radii signorum in horario mobili concurrunt, a plano horologiū
idem in- Horizontalis.

Instrumentum.

CONSTRVCTIO FVNDAMENTI HOROLOGIORVM.
id est, *Figura Generalis pro horis à meridie & media nocte in*
quocunque plano, & ad quanuus altitudinem
pols delineandis commodissime.


CAPUT III.


Composi- **I**AT rectangulum altera parte longius A B C D, cuiuscunque ma-
tio funda- gniitudinis, & latus breuiori A B, ex longiore B C, abscindatur re-
mentis ho- cta æquales B E; atque ex E, ad quodcum interuum defensuratus
ologiorū. versus B A, arcus circuli F G, circinoque non variato auferatur ar-
cus F G, qui sexta pars circuli erit, ut ex coroll. propos. 15 lib. 4 Eu-
clid. constat. Deinde ex centro E, ad A, recta ducta secante arcum F G, in H,
erit arcus F H, octaua pars circuli, sive dimidium quadrantis. Nam cum angu-
lus H E F, in centro sit ipsi B A E, æqualis, ob rectas æquales B E, B A, erit
a 5. primi. uterque corum semirectus, ac proinde octaua pars quatuor rectorum. Qualium
ergo partium 24. est tot. circumferentia circuli, talium 4. est arcus F G, & talium 3. arcus F H, & talium deniq; vnam arcens G H, complectitur. Quare si
ex arcu F H, abscindantur tres arcus H I, I k, k F, arcui G H, æquales, diui-
sus erit arcus F H, in tres horas æquales. Ductis autem ex centro E, per puncta
I, K, rectis oculis secantibus latius A B, in L, M, accipiuntur in opposito latere
C D, rectis C O, C N, rectis B M, B L, æquales, ducanturq; rectæ L N, M O,
b 33. pri- que lateribus A D, B C, b parallelæ erunt. Recta porro B C, horis 6. & 12. à
mi. mer. vel med. noct. deputabitur. Recta vero M O, horis 1. & 11. nec non 5. ac 7.
Recta deinde L N, horis 2. & 10. nec non 4. & 8. Linea deniq; A D, horis 3. ac 9.
i.e. vi B C, sit hora 12. à med. noct. id est, hora meridiei. M O, 1. à mer. L N, 2;
A D, 3; & rursus L N, 4; M O, 5; B C, 6; & rursus M O, 7; L N, 8; A D, 9;
& tandem rursus L N, 10; M O, 11. & B C, 12. nempe hora medie noctis, vt
mox demonstrabimus. Pro semihoris, quadrantibus horarum, & alijs partibus
diuidendi sunt arcus H I, I k, k F, bifariam & in 4. partes æquales, &c. In figu-
ra diuisi sunt dicti arcus bifariæ, duetraq; paralleles pro semilibus horarum. Hac
ergo figura lineas horarum à mer. & med. noct. in quolibet plano, & ad datam
quamcumque poli elevatione accuratissimè ducemus, ut ex sequentibus patebit:
ita ut opera pretium esset, si summa diligentia in materia aliquæ dura dux aut
tres eiusmodi figura inæquales cibstructuerentur, ut ejus in Descriptione horologi-
rum, tanquam instrumentis generalibus, vi possemus, maioribus quidem pro
maioriibus horologijs, & minoribus pro minoribus. Facilius enim magna hoto-
legia ex maiore figura, & commodius parua ex minore describuntur. Hanç
vero




DESCRIPTIO

15





vero figuram Fundamentum horologiorum dicere non immerito possumus. Funda-
mentum & E D demonstramus hures figura orrum, & cur dicto ordine horae illis pa-
rallelis tribuantur. Intelligatur ergo parallelepipedum rectangulum, cuius ba-
sis oppositæ quadratae sint, habeantq; latera rectæ A B, dupla, axi mundano eis rursum.
cum poliūm, ita ut eius axis (voco axem) rectam centra coadiutorum oppo-
sitorum coniungat, & duo quidem rectangula pla-
na opposita, unum superius, & alterum inferius, parallela sint circulo horæ 6.
à mer. & med. noct. alla vero duo, unum orientale, & occidentale alterum, Me-
ridiano circulo equidistant. Quale parallelepipedum in cylindro per axem men-
di extenso, beneficio cuius horologia in Gnomonica nostra extinximus, defini-
birur, dicitur, prius prius quadratus in basibus cylindri. Communis sectio huius pa-
rallelepipedi, & Aequatoris est quadratum, necesse figura equalis ac similis pla-
nius, seu basibus oppositus, ex coroll. propos. 27 lib. 11. Eucl. quod Aequator basi-
bus quadrilater. Sit hoc quadratum R A D S, habens dimidium latitudinis A R, quem
per rectam A B, rectam A B, in figura fundamenti horologiorum angulum, per
cuius centrum E, axis mundi transeat ad rectas eidem insinuans angulos, & recta
P Q, communis sectio sit euidei quadratus Aequatoris, ac Meridiani cir-
culi, at B C, communis sectio eiusdem Aequatoris, ac circuli horæ 6, necno
Horizontis, & Veri calis circuli primani. H enim quatuor circuli eandem com-
munem habent sectionem, numerum axem Meridiani, ad quem recti sunt, cum
omnes transeant per polos circuiti Meridiani, vt constat. Secabundus autem sece-
P Q, B C, in centro E, ad angulos rectos. Cum enim tantum Aequator, quam cir-
culus horæ 6, rectus sit ad Meridianum, erit quoque eadem communis sectio
B C, ad eundem perpendiculariter, atque adeo, ex defin. 3. lib. 11. Eucl. & ad re-
ctam P Q, in Meridiano existente. His autem basibus rectis P Q, B C, la-
terata quadrati b parallelia erunt. Sant namque R S, B C, A D, communes sectio-
nes planorum parallolorum (puta circuli horæ 6. per B C, ducti, & plani rectan-
guli superioris in parallelepipedo ducti per R S, ac denique plani inferioris in
eodem parallelepipedo per A D, incedentes, cum hæc plana circulo horæ 6, pa-
rallela stauerintur.) factæ à plano Aequatoris: At R A, P Q, S D, commu-
nies sectiones planorum parallelorum (numirum Meridiani circuli per P Q,
transeuntes, tam sinistri, quam dextri plani rectanguli in parallelepipedo, quo-
rum illud, nempe occidentale, per R A, hoc vero, numerum orientale, per S D,
ducitur, & verumque Meridiano circulo equidistant possumus.) factæ ab eisdem
Aequatore. Ex quo sit, angulos ad P, B, Q, C, rectos quoque esse.
D E S C R I P T I O iam ex E, centro Aequatoris circulo cuiuslibet magni-
tudinis in planis Aequatoris, cognoscimus in 24. equalis locas, initio facta a
P Q, communis sectione Meridiani, & Aequatoris, atque duabus ex E, per
sectionum puncta rectis usque ad latera quadrati, erunt hæc communis sectio-
nes Aequatoris, seu circuli predicti, & horariorum circulorum per polos mun-
di, & axem, atque adest & per centrum E, dexterum, propter quod Aequator,
circulusque predictus ex eodem centro E, descripti in partes similes si centri
ad dictis circulis horariis, vt in sphera ad calcem cap. i. demonstravimus.
Cadent autem linea hor. 3. & 9. in angulos quadrati, proper angulos semire-
ctos R E P, A E B, D E Q, S E C, in centro E, quibus semiquadrantes circuli
subienduntur, qui quidem ternas singuli horas complectuntur. Idem potio cir-
coli horarij in planis rectangularibus parallelepedi communis sectiones facient
parallelas & inter se, & axi mundano, vix demonstrans in propos. 16. &
21. lib. 1. nostra Gnomonica perspicuum est; que quidem omnes per pun-
ctos quadratis, in quæ communis sectiones horariorum citrandorum, & Aequo-
toris cadunt, transibunt.




QVONIA M vero ostio linea quadrati R B, B A, A Q, Q D, D C, C S, S P, P R, similiter a circulo horae dicantur : sed ut quicunque diuersum finitur omnium . Hac modo figura Fundamenta horologiorum, quinque rectam A B, sic diuisamur punctis I, M, vi: diuisa est linea A B, in quadrato, ut ex descriptione manifestum est. Et enim tam arcus F G, in figura, quam arcus F G, in quadrato, quoniam comprehendens horas, scita pars circuli, & F H, sed aqua partibus horas complectens. Parallelæ autem A D, L N, M O, B C exprimunt communis illas sectiones, quas in planis rectangulis parallelepipedis a circulis horarum fieri dicimus. Itaque si recta A B, statur in recta A P, posito puncto A in R, & puncto B in P, regent dictæ parallelæ horas 1. 2. 3. In recta autem R B, posito punto A in R, & puncto B in B horas 3. 4. 5. 6. In recta recto B A, posito punto B in B, & punto A in A, horas 6. 7. 8. 9. At in recta A Q, locato puncto A, in A, & B, in Q, horas 9. 10. 11. 12. quæ quidem omnes horæ à meridiæ numerantur. In alijs dñis de quatuor rectis Q D, D C, C S, S P, eadem recta A B, collocata omnia predicta, representabunt exdem parallelepipeda horas à med. hoc. supputas: ita ut rectangulum A B C D, cum suis parallelis referat diuidendum tunisque plani rectanguli in parallelepipedo cum sectionibus factis à circulis horarum; hoc ammen ordine, ut recta B C, semper congruat recta per medium plani rectanguli ducta, recta autem A D, ibi extremo eiusdem plani rectanguli. Hæc est origo, & fons figuræ, quam Fundamentum horologiorum libet appellare.

HOROLOGIA HORIZONTALIA. ET QVIZ Verticalia horarum è meridie, & media nocte.

CAPUT III.

N figura fundamenta horologiorum ex quotis puncto lateris A D, vel B C, ut ex puncto P, lateris A D, arcus circuli deficiuntur QRS, ad quodvis interervallo, in quo numerata alitudinem poli Q R, pro horologio Horizontali, & cius complemento Q S, pro Verticali, ducantur rectæ P R T, P S V, secantes parallelas M O, L N, in punctis X, Y. Altitudine poli Q R, in figura complectitur grad. 42. qualis fere est Romæ, complementum vero cius Q S, grad. 48. Quod si quando recta P T, vel P V, latus oppositum B C, non fecerit, producendum erit latus B C, vna cum parallelis M O, L N, &c. donec secat possit: quod intelligendum etiam est, quando parallela lineæ, quibus in sequentibus vieniant, transferenda sunt in fundatum horologiorum, quæ non secant latus oppositum. Recta A B, est sectio communis plani horologij Horizontalis, Verticalisque, ac circuli horæ & quem planum superius inferiusque parallelepipedo refert. At P T, communis sectio plani horologij Horizontalis, & plani orientalis, occidentalisque parallelepipedo. Denique P V, communis sectio horologij Verticalis, & ciuidem plani orientalis, occidentalisque parallelepipedo. quæ omnia infra demonstrantur.

D E IN D E in plano horologij datus sit locus styli A, eiusque longitudo A B. Duxa autem per A, recta linea rectius C D, puto linea meridiana, (quando tamen horologij planum stabile est, invenientur linea meridiana in eo, ducenta est illi per A, parallela C D, pro meridiana linea, quæ in Vertice horologio ad Horizontem perpendicularis est.) ducatur ad eam perpendicularis A B, stylo squalis; & in B, sursum versus confluatur pro horologio Horizontali angulus A B C, squalis angulo Q P S, complemento altitudinis poli in fundamento.



to horologiorū; & deorsum versus angulus ABD, angulo QPR, altitudinis poli
equalis: At pro *Venit ali horologio* Basiliensi versus angulus ABC, altitudi-
nē poli, & deorsum versus angulus BCD, complementum altitudinis poli: fe-
cundus in vitroque horologio recta BC, BD, meridiana linea in punctis
C, D. Ent C, centrum horologij, & CB, axis mundi; dicitur p̄t C, D, ad
CD, perpendicularibus ECE, FDG, erit illa linea bora 6. hac vero linea ex-
equinoctialis: quæ omnia in scholijs propos. 1. & 13. lib. 2. nostrj *Gnomonice*
demonstravimus.

POST hæc ex linea ECE, hora 6. in vitroque horologio abscedatur verba
meridiana recta CE, recta AB, vel CD, fundamentū horologij in aquilis: Item
ex meridianā linea Horizontalis horologij recta PT, fundamentū eiusdem, ex
līnga vero meridianā *Venit ali horologio* recta PV, fundamentū fundamenti, tam
sufūlum, quæ deorsum versus abscedatur equalis recta CH. In vitroque au-
tenu horologio ex punctis E, suffum & deorsum versus describantur ad inter-
tūlum recta CH, ex meridianā abscissæ, dico arcus parvuli, & ex punctis H,
utrum recta CH, ex meridianā abscissæ, dico arcus parvuli, & ex punctis H,
utrumque alij duo ad intertūlum recta CE, ex linea hor. 6. abscissæ, qui priores
secent in I, uniganturq; duæ rectæ IEI, & IH, quæ omnino per pan-
cta E, H, transibunt, sicut enq; parallelogrammum rectangulum, ut perip-
eium est, facileq; probat potest. Nam quadrilatera quatuor EH, cum latera
opposita habent aquilæ sex constructiones, parallelogramma sunt, ex scholo
propof. 34. lib. 1. Eucl. ac p̄tude, cum quatuor anguli ad C, recti sint, & ceteri
quæ oppositi quatuor I, recti, &c.

POSTREMO intervallo rectæ AB, fundamentū horologij inter punctum B, & parallelas MO, LN, &c. intercepta transferantur in vitroque ho-
rologio ex punctis H, utrinque in rectas IH: & in horologio quidem Horizontali
ex punctis I, versus puncta F, in rectas IE, transferantur intervallo rectæ
PT, fundamentū horologiorum inter punctum P, & parallelas MO, LN, &c.
intercepta in horologio autem verticali idem fiat de intervallo rectæ PV, in-
ter P, & duas parallelas positis. Nam rectæ per centrum horologij C, & pun-
cta laterum parallelogrammi IEIHIIH, ducit, curvæ singulæ per ter-
ra puncta incident, dabunt horas a meridiæ & media nocte, quarum ordo hic
est. In vitroque horologio CH, inferior spectat ad horam 12. meridiæ, & su-
perior ad horam 12. mediæ noctis: Inferiorem CH, deinde sequens versus fi-
nitram in Horizontali exhibet horam 1. a meridiæ, & in sequenti horam 2. à me-
ridie, & ita deinceps: In verticali autem horologio sequens inferiorem lineam
CH, dexteram versus responderet hora 1. à meridiæ, & subsequens hora 2. à me-
ridie &c. vt in figura apparet, & intervallo ex fundamento horologiorum trans-
lata indicant. Sæpe portò eſſet ad horologij vitroque descriptionem, si inferior,
superior, aut sinistra, dextravè tantum medietas rectanguli IEIHIEIH,
nempe vel alterum rectangulum EIHECE, vel alterum HIEICH,
describeretur: sed tunc singulæ horæ per binâ solum puncta duceremur: quæ
tamen ultra centrum C, productæ totum conficerent horologium.


SEMISSÆ horarum, ac quadrantes eodem modo definiuntur, si spa-
cia à parallelis semissimæ, & quadrantum horarum in fundamento abscissa
transferantur in latera parallelogrammi IEIHIEIH, in horologio, &c.

DEMONSTRATIO huic descriptionis ex parallelepipedo, quod cap. 3. descripimus, pender. Quædam enim sectiones in piano horologij tam
Horizontali, quam Verticali factæ à planis rectangulis parallelepiedi oppo-
sus, & paralleli parallela sunt, ent communis sectione plani versuslibet horo-
logij, ac parallelepipedi parallelogrammum; quod dico eſſe IEIHIEIH.
Nam cum tam planum vitruvius horologij, quam rectangulum parallelepipedum

*Præf. et
erat et
rā ex for
deratio
horologio
ram.*

*Demar-
ratio p
rudentis
descrip-
tio.
b. 16. sec-
tor.*


33 HOROLOGIORVM



di^m superius , tum inferius , ad Meridianum sit rectum , erit quoque communis sectio plani virtusuis horologij , & virtusuis rectanguli dicti ⁴ ad evadē Meridianum recta , acque adeo & ad meridianam lineam H C H , in Meridianō exstantem perpendiculariter , idēque b^recta A B , fundamento horologiorum parallela , atque proinde eiusdem dupla ; cum A B , solum , ad medietatem dicitur rectanguli in parallelepipedo pertinet , ut cap³. diximus ; ita vt recta A B , dici possit communis sectio virtusuis horologij , & circuli horae 6. quam planum instrumentum , sive planum superius , inferius ē parallelepipedo referat . Quare in horologio Horizontali recta I H I , in austrum vengens , & recta A B , fundamento horologiorum dupla , qualis est ea , qua lineam horae 12. medie noctis fecat , in Verticali autem horologio superior recta I H I , evadē A B , fundamento horologiorum dupla , communis sectio erit plani horologij , & superioris in parallelepipedo rectanguli ; ac propterea dicitur recta I E I , ipsi meridianū existantes communes sectiones erunt virtusuis plani horologij , cum rectangulo parallelepipedi tam orientali , quam occidentali : Sunt namque communes sectiones Meridiani , & rectanguli tam orientalis , quam occidentalis ; ipsius parallelepipedi , facta a plane horologij , cum trigonē plana sint parallela) ⁵ inter rectas parallelae . Dico iam has sectiones communes I E I , in Horizontali horologio duplas esse debere recta P T , fundamento horologiorum ; in Verticali vero duplas recta P V , quemadmodū in vitroque horologio accepta sunt . Cū enim Horizon cum axe mundano , ac proinde cum recta quacunque parallelepipedi axi parallela efficiat angulum altitudinis poli , Verticalis autem circuitus angulum complementi altitudinis poli , erit recta P T , faciens cum A D , in fundamento horologiorum , que in parallelepipedo axi parallela est , angulum altitudinis poli T P D , nempe aequalē ei , quem Horizon cum eadem A D , facit , parallela & aequalis communis sectionis simili rectanguli orientalis , occidentalisve parallelepipedi , & plani horologij Horizontalis ; si numerum rectangulum A C , fundamentū conceperit in parallelepipedo eis orientale , vel occidente , superiori connumerū per rectam A D , veigente tamen puncto D , in sectionē trionum , positaque recta A D , axi parallela : ita vt P T , recte dici possit communis sectio horologij Horizontalis , & plani orientalis , occidentalisve parallelepipedi . Quare virtusque I E I , dupla exstant ipsius P T , in horologio Horizontali toti illi recte omnia aequalis erit ; atque idcirco inferior I H I , communis sectio erit eiusdem plani horologij , & rectanguli inferiors parallelepipedi . Nō aliter ostendemus . in Verticali horologio virtusque rectam I E I , aequalē est sectione sectionis plani horologij , & rectanguli orientalis , occidentalisve parallelepipedi , inferiorem vero rectam I H I , sectionem communem eiusdem plani horologij , & rectanguli inferiors parallelepipedi ; si numerum rectangulum fundamentū A C , intelligatur in parallelepipedo eis orientale , occidentaleve superiori connumerū per rectam A D , veigente tamen puncto D , in austrum , positaque recta A D , axi parallela : ita vt P V , recte dici possit communis sectio horologij Verticalis , & plani orientalis , occidentalisve parallelepipedi . Cura ergo recta I H I , I E I , in horologio secta sit , ut recta A B , P T , vel P V , in fundamento horologiorum , sive in parallelepipedo , transibant circuiti horarii per puncta sectionum rectarum I H I , I E I , quemadmodū eisdem incedere docimus per puncta sectionum rectarum A B , P T , & P V , semper per parallelos fundamentū . Quare cum sectionem transibant per C , eorum horologij , ut in Gnomonica monstrauimus , recte ductæ sunt à nobis horaria linea in vitroque horologio per C , & puncta sectionum rectarum I H I , I E I .

V T R V M Q V E poterit horologium constitueris via eademque opera , etiam si teorū nouū si extrellum fundamentū horologiorum , hoc modo .

Ducus



Alio em- Ductis duabus rectis A B, C D, scilicet in E, ad rectos angulos secantibus, confi-
stratio tuatur in quoouis puncto A, sive ad sinistram, sive ad dextram angulus alterud-
rologij Ho uis poli E A C, & ex E, ad A C, perpendicularis ducatur E F, cui in recta A C
horizontale sursum, sive deorsum versus abscondatur aequalis FG, iungaturq; recta
lu, ac Ver E G. Descripto deinde ex G, arcu circuli cuiusvis magnitudinis, & interualli,
ticalu. diuidatur eius portio inter rectas G E, G C, in tres partes aequales H L, L M,
M I. quae diuisio facilissima est. Nam si eadem circini apertura, qua arcus ci-
rculi descriptus est, abscondatur arcus I K, erit arcus H K, extra rectam G F,
s. pri- terci a pars arcus H I. Cum enim arcus I K, sit sexta pars circuli, ex coroll. pro-
pos. 15. lib. 4. Eucl. & arcus I H, octaua, propter angulum G in centro semire-
mi. tum, (Nam cum angulus F, sit rectus, & anguli F G E, F E G, aequales, ob
rectas aequales F E, F G, erit angulus G, semirectus.) continebit I K, quatuor
partes, & I H, tres, proptereaq; H K, vnam, omniaq; 24. tota circul: circum-
ferentia existit. Ductis præterea ex centro G, per divisionem puncta L, M, re-
